

IVSTI LIPSI
E P I S T O L I C A
I N S T I T U T I O,

Excepta è dictantis eius ore, Anno 1588. I. 15.
LXXXVII. mense Iunio.

*Adiunctum est Demetrij Phalerei eiusdem
argumenti scriptum.*

EDITIO VLTIMA.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

c. 1588.

Cum Privilegiis Casareo & Regio.

I A T I I T R I V I A

3

I V S T I L I P S I

E P I S T O L I C A

I N S T I T U T I O.

C A P V T . I.

De nominibus variis Epistola: & de forma apud veteres.



PISTOLA quâ rectè & laudabiliter scribatur, præire mihi propositum iuuentuti. sed compendio: ad usum, non ad speciem: nec ut omnia quæ ad rem, sed quæ in rem maximè, dicam.

EPISTOLAE Græcanicum nomen est, ^{Nom} quasi *Missoriam* dicas: (*Isidorus* ⁱⁿ _{Orig.} *Lib. viii.*) interpretatur *Missam* sed in veteri tamen Latinorum usu: & Plautus aliquoties usurpat, & Afranius comœdiam etiam quampiam, *Epistolam* inscripsit. *V* mediâ Politianus & nonnemo hodie scribunt, steti auctoritate librorum & lapidum, in quibus crebro sic reperias: sed, nisi fallor, numquam ante Vespasiani æuum. Et per *O* sanè rectius scripseris magisque *avulso*. Aliis etiam nominibus prisci appellauere, *Litteras*, *Tabulas*, *Tabellas*, *Codicillos*. *Litteras*, (*poëtae* etiam *Litteram*,) ob eminentiam, & quia hoc genus crebertini inter litteras omnes usus: *Tabulas*, *Tabellas*, *Codicillos* à materie; quia *ante chartæ* & *membranarum* usum (** Isidorus* ⁱⁿ _{Orig.} *Lib. viii.*) *verba cito* in *dolatis ex ligno codicellis epistolarum colloquia scri- bebantur*. *Vnde* & portatores earum *Tabellarios* vocauerunt. Quæ transcripta moneo ex Hieronymi epist. XLI. Festus eidem rei: *Tabellis*, inquit, *pro chartis* vtebantur antiqui; *quibus* vtrò citroque certiores absentes faciebant: *vnde adhuc Tabellarij* dicuntur; & *Tabellæ missæ ab Imperatoribus*. Inde Plautus *Epistolam* circumscribens Pseudolo:

Per ceram & lignum, inquit, litterasque interpretes.

Et paullo post:

Pro lignea salute vis argenteam remittere illi?
Eiusmodi *Tabulae* Homero etiam notæ: apud quem Proetus lit-

ΕΚ ΤΩΝ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ

ΕΧ DEMETRII¹⁹

ΦΑΛΗΡΕΩΣ

PHALEREI

περὶ

DE

ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

ELOCUTIONE.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ἐπισολεκὸς χαρακτὴρ δεῖται ἴχνοντος, καὶ περὶ αὐτὸς λέξομδι. Αρτέμων μὲν τοῦ, ὃ τὰς Αεισοτέλειας ἀναγράψας ἐπισολάς, Φισίν, διὸ δεῖ σὺ τὰ δυντά Πρόπτωδιάλογον τε γράφειν. Εἰπισολάς εἴη γὰρ τὸ Πτισολίν, αἵνι τὸ ἔτερον μέρος τοῦ διαλόγου λέγει μέν τις Ιωσήφος, καὶ μέντοι ἀπαν. δεῖ γὰρ τὸν κατεσκεδασθαι πῶς μᾶλλον τοῦ διαλόγου τὸ Πτισολίν. ὁ μὲν γὰρ μικραῖς αὐτοχειρίζεται. οὐ δὲ, γράφει καὶ διέρχεται πέμπτης τούτον τούτο. τίς γουώ γάτως δὲν διαλεχθῇ πρὸς φίλον, ὥσπερ ὁ Αεισοτέλης πρὸς Αντίπατρον, τούτῳ τοῦ φυγάδος γράφων τοῦ γέρεον τῷ, Φισίν; Εἰ δὲ πρὸς αἰτάσας οἱχεῖται τὰς φυγὰς θεούς, μῆτραν καταγγεῖ, δῆλον ᾧ τοῖς γε εἰς αὖτε κατελθεῖν οὐλομένοις, οὐδεὶς φύσιος.

QVONIAM verò ^{et} Epistolus character Exilitate indiget, etiā de ipso dicemus. Artemo igitur, is qui Aristoteles epistolas collegit ^{et} euangelavit, ait eodē modo oportere Dialogum & Epistolas scribi. Esse enim epistolam quasi alterā Dialogi partem. Et aliquid quidem dicit, non tamen omnia. Oportet enim epistolam paullo magis adornari ^{et} quasi extirri, quam Dialogū. Iste enim imitatur neglegenter ^{et} extempore dicentem: illa autē scribitur, ^{et} aliquo modo mittitur quasi donum. Quis igitur ita sermocinetur cum amico, sicut Aristoteles ad Antipatrum, super sene quodā exsule, scribēs ait? Si verò ad omnia exsilium iste ita abiit, vt *nō redat: manifestū est, quod nemo inuidet ire ad inferosvo- * non redatur.